

5 / 79

IDIBVS MAIIS

MCMLXXIX



RVMOR VARIVS



# RVMOR VARIVS

RVMOR VARIVS a magistris et  
a studiosis AKADIS editur

RVMOR VARIVS duodecies in  
singulos annos editur

Editio: CCCXXX

Pretium subnotationis:  
(quotannis)

In Helvetia	Fr. 8.80
In Germania	DM 14.50
In Austria	GS 90.--
In reliqua Europa	Fr. 15.--
In terris trans maria sitis	Fr. 8.80*

\*et pretium  
mittendi

Speciminis exempla gratis  
mittuntur, ubi id rogatur

Collegium redactorum:

Ulricus Aeschlimannus  
Thomas Wichtermannus  
Heinz Hürzeler

Impressum et acceptio rerum  
legentibus publicandarum:

Franciscus Bachmannus

Typographum:

Copy Quick, Turicum

Domus editoria:

RVMOR VARIVS  
Postfach 883  
CH-8050 Zürich

Epistulae, mandata:

RVMOR VARIVS  
Postfach 883  
CH-8050 Zürich

Institutum pecuniarium:

Societas Helvetica institu-  
torum pecuniariorum SHIP

Conto:

RVMOR VARIVS 806.134 J 1 A

RVMOR VARIVS wird von den  
Lehrern und Studierenden  
der AKAD herausgegeben

RVMOR VARIVS erscheint  
12 Mal jährlich

Auflage: 330

Abonnementspreis:  
(jährlich)

Schweiz	Fr. 8.80
Deutschland	DM 14.50
Oesterreich	GS 90.--
übriges Europa	Fr. 15.--

Uebersee Fr. 8.80\*

\*zuzüglich Porto

Einzelne Probenummern kön-  
nen gratis bezogen werden

Redaktionsteam:

Ulrich Aeschlimann  
Thomas Wichtermann  
Heinz Hürzeler

Graphik und Layout:

Franz Bachmann

Druck:

Copy Quick, 8001 Zürich

Verlagsadresse:

RVMOR VARIVS  
Postfach 883  
CH-8050 Zürich

Inserate, Korrespondenz:

RVMOR VARIVS  
Postfach 883  
CH-8050 Zürich

Bankverbindungen:

Schweizerische Bankgesell-  
schaft SBG

Konto:

RVMOR VARIVS 806.134 J1A

# PRÆFATIO

Ulricus Aeschlimannus omnibus legentibus s.d.p.

Hodie, cari amici RVMORIS VARIII, felicissimum  
diem festum, etiam duplicem, agere possumus!  
Primum, quod his diebus mensis Maii libellus  
noster RVMOR VARIVS suum diem natalem primum  
celebrat;

secundum, quod hoc die natali nos iam centesi-  
mum libellum nostrum amantem in numero RVMOREM  
VARIVM subnotantium salutare posse maxime de-  
lectat! Inter linguam Latinam amantes enim ma-  
xime salvemus amicam nostram

RVMOREM VARIVM Frau A. Grimme, D-7601 Hohberg  
centesimum subnotantem!

Ei praemium pulcherrimum pro subnotatione sua  
donabitur, ut collega meus Franciscus Bachman-  
nus mihi nuntiavit. Ceterum idem me certiore  
fecit duas longas epistulas ad publicandum in  
RVMORE VARIO missas advenisse in aedibus, ubi  
RVMOR VARIVS redigatur. Quarum alteram amicus  
noster Martinus Meierus in vico Lacus Palustris  
(Moosseedorf) habitans scripsit de usu, quem  
Latine loqui praebeat etiam nostris temporibus;  
alteram scripsit amicus noster Albertus Zwicker-  
us e vico Horgene apud Lacum Turicensem (Horgen  
am Zürichsee) sito de nominibus, quae rebus  
technicis ad automobiles pertinentibus danda  
sint. Pro litteris utriusque auctoris maximas  
gratias ago! His duabus litteris probatur pre-  
ces meas, ut RVMOREM VARIVM legentes amici epi-  
stulis propria manu scriptis nobis missisque ad  
florendum nostri libelli contribuant, auditas  
esse! Hae preces hoc loco ad omnes reliquos le-

gentes versae a me repetuntur! Etiam vertuntur ad eos, qui RVMOREM VARIIVM modo raro legunt, eumque ob eam causam subnotare nolint: Mittite nobis quam plurimas epistulas Latine finctas, ut RVMOR VARIIVS semper vivat, floreat, crescat! Ut in libello superiore iam nuntiavi, has lineas miles e castris apud oppidum Estavayer-Lac sitis scribo. Hic vita militum strenua, dura, sed sana et laeta est. Ceterum hoc exercitium militare, quod his diebus una cum commilitonibus meis ago, a regentibus ducibus militariibus nomine FVTVRA designatum est. Ea res probat linguam Latinam etiam nostris temporibus et bello et domi adhiberi solere!

Ante diem XIII Kalendas Maias militis vestes meas denique vestibis civis permutare potero; itaque praefatio mea proxima denuo, ut soliti sumus, in aedibus AKADIS scholae nostrae scribe-  
tur.

Spero vos, cari amici, hoc caelo sereno aestatis eodem modo gaudere quo ego! Valet!


Ulricus Aeschlimannus redactor

## EPISTVLÆ 'RVMORI VARIO' SCRIPTÆ

### ROTA VEL CIRCVLVS CONFLATVS ?

Scientia mea in linguae Latinae longe satis non est, sed ad in 3/79 quaesitum respondere conor. Recte dictam esse puto 'rotam' partem internam, 'circulum conflatum' externam esse. Sed 'rota'

Rotae vel circuli conflatii?  
Haec tabella photographica demonstrat partes automobilis, de quibus Albertus Zwickerus in epistula sua recensionem facit!  
(photographica: J.P.Froidevaux, Turicum)



etiam partem totam, internam et externam, significat.

Lingua Italica verba similia habet:

'ruota' aut 'rota' partem totam, 'cerchio' (circulus) partem internam, 'pneumatico' partem externam designant.

Circuli e cumme confecti primulum saeculo undevicesimo inventi sunt. His 'anuli' veri erant, quod cameram aere impletam non habebant. Circulus inflatus a.d. MDCCCLXXXVIII (1888) a John Boyd Dunlop Hiberniae natus inventus est.

Si permissus fuit verba nova in linguam Latinam introducere, 'pneumaticus' verbum idoneum esse mihi videretur, quod inventum novum, saeculo undevicesimo factum, ut circulus aere impletur, optime exprimat. Lingua Italica circulus inflatus 'pneumatico', Gallica 'pneu', et Britannica vel 'tyre' vel etiam 'pneumatic' appellatur. Quomodo verbum 'circulus' pro parte rotae internae conservatum est.

Linguae Latinae verba Graece recipienda esse puto, si vitae modernae uti volumus. Si cogitationes 'technicae' in verba obsoleta traducuntur, lingua perdifficilis existit.

Opto, ut pauci errores in hac epistula inveniantur (ut desint vires...). Valet!

A. Zwickerus

Vicus Lacus Palustris, a.d. VI. Kalendas Maias  
anni MMDCXXX. a.u.c.

Martinus RVMOREM VARIVM legentibus salutem dicit!

Vos certe omnes linguam Latinam temporibus nostris paulatim ex hominum scientia plerorumque evolare haud ignoratis. Saepe discipuli gymnasia vel progymnasia intraturi, si quaeris ex eis, utrum Latinam an Britannicam linguam discere malint, se Britannicam antepone respondet. Latinam nullos nisi paucos sacerdotes vel episcopos Vaticanum montem incolentes loqui; qua de causa sibi talem linguam inutilem esse. Immo sunt, qui Latine loquentes antiquissimos ac progressionem populorum impediendi cupidissimos iudicent. Culturam Romanam iam ante multa saecula periisse hodieque ruinis lapideis pulvereque prisco opertam esse affirmant. Sic populi antiqui, opera, aedificia, poemataque a plerisque ignorantur ac pulchritudo Latinae linguae, quae ceterum facilius est intellectu quam credunt plurimi, paucis modo patet.

Multi quidem magistri discipulos delectandi imperiti potius somnum quam gaudium discipulis inferunt, quo facto illi re vera clamare possunt: "Ave, magister, dormituri te salutant!"

Quid autem faciendum est? Initium huius calamitatis emendandae iam vos, o RVMORIS redactores lectoresque VARII, fecistis. Nostrum omnium linguam Latinam amantium est nesciis hanc linguam non mortuam esse, sed etiam temporibus nostris non plaustris, sed automobilibus, non avibus praesagientibus, sed aeroplanis in extremos terrarum angulos volantibus, non Homeri Vergiliique carminibus, sed musicis saevissimis, non Ciceronis claris orationibus, sed Guilelmi Ritschardi iocis rectis vivere posse demonstrare. Discipulos, si viderint linguam non modo legi ac verti Latinam posse, sed etiam dici, immo hodiernis modis cantari, gavisuros esse mihi persuasum est.

Certe noti sunt vobis illi cantatores Bernenses (Manuelis Matter, Bernhardus Stirnimannus, Fredericus Widmer, Jacobus Stickelberger, Rodolphus

Cancer aliique), qui Bernensiter canere non verebantur. Quis vestrum primus vel prima carmen Latinum in RVMORE VARIO publicabit? Equidem Ulrici Aeschlimanni adhortationem, ut scribant lectores, libenter accipio ac redactoribus lectoribusque concessuris iam proximo mense de re alia disseram. Valet!

Martinus Meier

### SOLVTIONES

1	A	R	R	O	G	A	N	S
S		A		U	N	D	E	
7	P	A	N	I	S			R
10	E	R	U	C	T	O		M
11	C	A	N	T	A		T	U
T		13	C	I	T	16		N
15	A	B	U	S	O	S		C
B	I	L		R		17	T	U
18	I	N	U	L	I	S		L
20	L	I	S	S	U	S		U
I			M		21	A	S	
22	S	U	N	T		23	A	T

De solutionibus nobis missis sortes coniecimus. Hic sunt, qui primum, secundum, tertium praemium accipient:

LIBELLVS III:

primum praemium:

Frau Pat Peuschel  
8542 Wiesendangen

secundum praemium:

Herr Felix Horn  
4055 Basel

tertium praemium:

Herr Bernhard Christen  
3322 Schönbühl

LIBELLVS IV:

primum praemium:

Herr Martinus Meier  
3302 Moosseedorf

secundum praemium:

Frau Pat Peuschel  
8542 Wiesendangen

tertium praemium:

Herr Harald Jenk  
3098 Köniz

1	I	N	E	N	A	R	R	A	B	I	L	I	S			
N		U		R		10	E	R	I	S		11	S	A		
12	G	U	B	E	R	N	A	T	O	R		15	I	N		
16	E	R	O	G	O		17	P	I	N	A		18	S	G	
19	N	O	E		G		S	F		20	E	T		U		
I		22	A	23	R	A		24	E	I		25	L	U	C	I
O			26	E	N	O		27	C	C		28	N	O	N	
29	S	30		31	M	T		32	I	O	C	I		E		
33	U	D	I		34	I		35	T	U		36	A	C		U
37	S	P	I	N	A	E		38	M	A	N	A	N	S		

1	V	2	A	3	L	4	E
2	A	M	O	R			
3	L	O	C	I			
4	E	R	I	S			

# Aenigma

QVO PRAEMIUM ACCIPI POTEST!  
 QVODQVE AENIGMA RECTE SOLVTVM ET RVMORI VARIO  
 MISSVM AD SORTEM REVOCABITVR!

DIES VLTIMA IDIBVS IVNIIS MCMLXXIX EST!

PRAEMIA SVNT:


primum praemium: LIBER  
 secundum praemium: LIBER PARVUS  
 tertium praemium: LIBER PARVUS

ad libram:

3. eruditus
6. maestitia
7. pastus, esca
9. Imperator Rex (brevis scripta)
10. "Ben ..." pellicula nota est
11. praemissis praemittendis (bs)
12. iracundia
13. "arcem facere e ...." proverbium Latinum est.
16. notus historiarum scriptor et historicus
17. ... me miserum!
18. in ...versum = generalis
19. nullus (lingua Britannica)
20. diligens
23. avus (acc. sg.)
25. via (definita)
27. moderor
29. particulum negationis
30. adverbium indefinitum
31. 1001
32. pars hominis
33. forma imitans hominem notum
37. attamen (brevis scripta)
38. "... urbe condita" (opus Livii)
39. expulso
40. benedictio papae : "... et orb orbi!"
41. .. ipso ≙ sine labore
42. cornu (exercitus)
43. .. ipsa ≙ reapse
45. iracundia
46. 2
47. mathematicus notus Syracusarum

ad perpendiculum:

1. aedificium in usum spectaculorum exstructum
2. .... Theophrasti locus notus philosophicae scholae erat.
3. peccatum
4. .... verborum syntax appellatur
5. vas culinarium, in quo cibi fringuntur
8. venti
14. vicinus terrae
15. concordia vel consensus
21. supplicio, rogatio
22. .. unum sint (supplicio importans Christi)
24. vestimentum
26. de novo faciatur potest, quod .... est!
28. voce acerba praeditus
34. tacere (imperativum)
35. arae parvae
36. tellus
38. .. urbe condita (opus Livii)
42. pauper (lingua Germanica)
44. pronomen ( " " )
45. 2




# ASINVS DOCTVS VEL SAPIENTIA INVICTA

(II)

FABVLA A BARBARA MAIERA INVENTA

- Asinus: Sexaginta  
Magister: Optime!  
Marcus: Asinus vere mirabilis est. Plausum ei date!  
Die Schüler umringen den Esel:  
ave asine, ave asine, nos te salutamus!  
Rufus: (aus dem Hintergrund) Eho Galle, eho sceleste, ubi es? Quo asinum meum subducis?  
Magister: Quis clamat?  
Gallus: Rufus est, dominus meus. Heu me miserum!  
Er und der Esel verstecken sich  
Rufus: (tritt ein) Heu me miserum! A fortuna derelictus sum. Amisi servum pigrum et asinum pigriorem. Occidi, perii, mortuus sum!  
Magister: Bono animo es! Homo doctus in se semper divitias habet.  
Rufus: Vos docti, vos beati estis, ego quidem pauper sum. Mihi est una tunica modica, balneum non cottidianum, filius stultissimus.  
Gallus: Et uxor eius pestis est!  
Rufus: Quid audio? Estne vox servi mei?  
Gallus: (zur Seite) Mehercle, captus sum (er erscheint vor seinem Herrn) Salve, bone vir!



Magister:  
Heus puellae,  
vos nunc interrogo!



Magister:  
Mehercle, asine,  
bene Latine doctus es!

- Rufus: Heus, heus furcifer! Quid tu hic agis?  
Asinus: (aus dem Versteck) Peregrinamur!  
Rufus: (sieht den Esel) Quid specto? Sunt aures asini mei!

Asinus: (er zeigt sich) Male spectas, optime,  
non sunt aures asini tui, sed aures  
meae.

Rufus: Satin' sanus es?

Asinus: Maxime

Rufus: Deliras?

Asinus: Minime

Aulus: Asinus bene iudicat, agricola, nam au-  
res asini tibi non sunt.

Magister: Tace sodes!

Asinus: Liber enim sum, cum Gallo orbem ter-  
rarum peragrabo atque litteris latinis  
studebo.

Gallus: Abhorremus a vita rustica et a moribus  
agrestibus, litterae autem atque libri  
nobis magno gaudio sunt.

Rufus: Vae misero mihi! Servus asinusque meus  
non solum pigri sed etiam insani sunt.  
Quid uxor mea dicat?



Asinus: Bene audis, optima! Avidi gloriae sumus.



Gallus: Ante lucem villam domini reliquimus...

Pomponia: (aus dem Hintergrund) Rufe, ubi terra-  
rum es? Cena parata est. Propera, quid  
cessas?

Rufus: Vox Pomponia uxoris meae est.

Gallus: Actum est de nobis

Rufus: Facile credo

Asinus: Fugae vos mandate!  
Sie verstecken sich. Pomponia erscheint mit ihrem Titus.

Pomponia: Salve magister!

Magister: Salve tu quoque, Pomponia!

Pomponia: (zu ihrem Sohn) Aperi caput, Tite, et  
saluta!

pars III in libello VI

Auctor ASINI DOCTI spectaculi in libello IV initi Barbara Maiera  
nos epistula certiore fecit se invenisse nonnullos lapsus:  
recte scribendum est: 'in capite tuo multa nox est.'  
'caelum serenum est.'  
'ut ludi ... faciantur.'

Nos apud legentes excusamus! Venia vestra nobiscum sit!

# Ihre Bank: Bankgesellschaft



Schweizerische Bankgesellschaft



SVBNOTO RVMOREM VARIVM:  
Ich bestelle RVMOR VARIVS für mich:


SVBNOTO RVMOREM VARIVM  
DONVM DATVM ALICVI  
(Factura subnotationis  
mittenda est ad adres-  
sam supra stantem)

Ich bestelle RVMOR VARIVS als Ge-  
schenk für jemand andern:  
(Mit Rechnung an obige Adresse)

RVMOR VARIVS  
Postfach 883

CH- 8050 Zürich

HIC SOLVTIONEM INSCRIBE  
ET CHARTAM MITTE!



RVMOR VARIVS  
Postfach 883

CH- 8050 Zürich

DOMICILIVM MEVM:



AZ

8050 Zürich

5 / 79

IDIBVS MAIIS

MCMLXXIX



RVMOR VARIVS

